

revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spíritu Sancto sine differentia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternaeque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: Sanctus.

Communio

Mirabántur omnes de his, quæ procedébant de ore Dei. (Luc 4:22)

1. Dóminus regnávit! Exsúltet terra, læténtur ín sulæ multæ.
2. Illustrárunť fúlgura ejus orbem terræ: vidit et contrémuit terra.
3. Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, a fáci e Dómini omnis terra.

Postcommunio

Quaesumus, omnípotens Deus: ut illíus salutáris capiámus efféctum, cuius per hæc mystéria pignus accépmus.

pripažjstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažjstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Visi stebėsis tais dalykais, kurie išeis iš Viešpaties burnos. (Lk 4:22)

1. Viešpats karaliauja! Tesidžiaugia žemė, tedžiūgauja net tolimosios salos!
2. Nuo jo žaibų nušvinta pasaulis, žemė tai mato ir dreba.
3. Viešpaties Artumo kalnai tirpsta lyg vaškas, – visa žemė – nuo Viešpaties Artumo.

POSTKOMUNIJA

Visagali Viešpatie, meldžiame, kad gautume tokį išgelbėjimą, kurio pažadą gavome šiame dieviškame sakramente.



Proprium Missæ Dóminica V Post Epiphaniám V SEKMADIENIS PO APSIREIŠKIMO



Introitus

Adoráte Deum, omnes Angeli eius: audívit, et lætáta est Sion: et exsultavérunt filíæ Iudæe.

Ps. Dóminus regnávit, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. (Ps 96:7-8; Ps 96:1)

Collecta

Famíliam tuam, quaesumus, Dómine, contínua pietáte custódi: ut, quæ in sola spe grátia coeléstis innítitur, tua semper protectióne muniátur.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Colossénes (Col 3:12-17)

Fratres: Indúite vos sicut electi Dei, sancti et dilecti, víscera misericórdiæ, benignitátem, humilitátem, modéstiam, patiéntiam: supportántes ínvicem, et donántes vobismetípsis, si quis advérsus áliquem habet querélam: sicut et Dóminus donávit vobis, ita et vos. Super ómnia autem hæc caritátem habéte, quod est vínculum perfectionis: et pax Christi exsúltet in córdibus vestris, in qua et vocáti estis in uno córpore: et grati estóte. Verbum Christi hábitet in vobis abundánter, in

INTROITAS

Šlovinkite Viešpatį, visi Jo angelai; išgirdo ir apsidžiaugė Sionas; ir šokinėjo iš džiaugsmo Judos dukterys.

Ps. Viešpats karaliavo, lai šokinėja iš džiaugsmo žemė; lai džiūgauja gausios salos. (Ps 96:7-8; Ps 96:1)

KOLEKTA

Viešpatie, meldžiame, laikyk savo šeimyną nesibaigiančioje malonėje, kad mes pasitikėdami tik Tavo dangiškos malonės viltimi, visada būtume saugomi Tavo galinga jėga.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Kolosiečiams (Col 3:12-17)

Broliai, taigi jūs, Dievo išrinktieji, šventieji ir numylėtiniai, apsilvinkite nuoširdžiu gailėtingumu, gerumu, nuolankumu, romumu ir kantrumu. Būkite vieni kitiems pakantūs ir atleiskite vieni kitiems, jei vienas prieš kitą turite skundą. Kaip Viešpats jums atleido, taip ir jūs atleiskite. Viršum viso šito tebūna meilė, kuri yra tobulumo raištis. Jūsų širdyse teviešpatauja Kristaus ramybė, į kurią esate pašaukti viename kūne. Būkite dėkingi! Kristaus žodis tegyvuoja jumyse vaisingai.

omni sapiéntia, docéntes et commonéntes vosmetípsos psalmis, hymnis et cánticis spirituálibus, in grátia cantántes in córdibus vestris Deo. Omne, quodcúmque fácitis in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Iesu Christi, grátias agéntes Deo et Patri per Iesum Christum, Dóminum nostrum.

Graduale

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam.

V. Quóniam ædificávit Dóminus Sion, et vidébitur in maiestáte sua. (Ps 101:16-17)

Alleluia

Alleluia, alleluia.

V. Dóminus regnávit, exsúltet terra: læténtur ínsulæ multæ. Alleluía. (Ps 96:1)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélij secundum Matthaeum (Matt 13:24-30)

In illo témpore: Dixit Iesus turbis parábolam hanc: Símile factum est regnum coelórum hómini, qui seminávit bonum semen in agro suo. Cum autem dormírent hómines, venit inimícus eius, et superseminávit zizánia in médio trítici, et ábiit. Cum autem crevísset herba et fructum fecísset, tunc apparuérunt et zizánia. Accedéntes autem servi patrisfamílias, dixérunt ei: Dómine, nonne bonum semen

Mokykite ir raginkite vieni kitus visokeriopa išmintimi; su dėkinga širdimi giedokite Dievui psalmes, himnus ir dvasines giesmes. Ir visa, ką tik darytumėte žodžiu ar darbu, visa darykite Viešpaties Jėzaus Kristaus vardu, per jį dėkodami Dievui Tėvui per Jėzų Kristų, mūsų Viešpatį.

GRADUALAS

Pagarbiai bijos tautos tavojo vardo, Viešpatie, ir visi žemės karaliai – tavo garbės.

V. Kadangi Viešpats pastatė Sioną ir bus regimas savojoje didybėje. (Ps 101:16-17)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

V. Viešpats karaliauja, lai šokinėja iš džiaugsmo žemė; lai džiūgauja gausios salos. Aleliuja. (Ps 96:1)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 13:24-30)

Anuo metu Jėzus kalbėjo miniai palyginimais: „Su dangaus karalyste yra kaip su žmogumi, kuris pasėjo savo dirvoje gerą sėklą. Žmonėms bemiegant, atėjo jo priešas, pasėjo kviečiuose raugių ir nuėjo sau. Kai želmuo paūgėjo ir išplaukėjo, pasirodė ir raugės. Šeimininko tarnai atėjo ir klausė: 'Šeimininke, argi ne gerą sėklą pasėjai savo lauke? Iš kurgi atsirado raugių?' Jis atsakė: 'Tai padarė mano priešas'. Tarnai

seminásti in agro tuo? Unde ergo habet zizánia? Et ait illis: Inimícus homo hoc fecit. Servi autem dixérunt ei: Vis, imus, et collígimus ea? Et ait: Non: ne forte colligéntes zizánia eradicétis simul cum eis et tríticum. Sínite utráque créscere usque ad messem, et in témpore messis dicam messóribus: Collígite primum zizáania, et alligáte ea in fascículos ad comburéndum, tríticum autem congregáta in hórreum meum.

Offertorium

Déxtera Dómini fecit virtutem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini. (Ps 117:16; 117:17)

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, placatiónis offérimus: ut et delícta nostra miserátus absólvas, et nutántia corda tu dírigas.

Præfatio de Sanctíssima Trinitate

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Fílio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in uníus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória,

pasišiulė: 'Jei nori, mes eisime ir jas išravėsime'. Jis atsakė: 'Ne, kad kartais, ravėdami rauges, neišrautumėte su jomis ir kviečių. Palikite abejus augti iki pjūties. Pjūties metu aš pasakysiu pjovėjams: 'Pirmiau išrinkite rauges ir suriškite į pėdelius sudeginti, o kviečius sukraukite į mano kluoną'".

OFERTORIUMAS

Viešpaties dešinioji parodė galybę, Viešpaties dešinioji mane išaukštino; nemirsiu, bet gyvensiu ir apsakysiu Viešpaties darbus. (Ps 117:16; 117:17)

SEKRETA

Mes aukojame Tau, Viešpatie, išpirkimo auką, kad Tu maloningai atleistum mūsų nuodėmes ir rodytum kelią mūsų neištikimoms širdims.

ŠVENČIAUSIOS TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tave išpažinti ir Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su viengimiu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo